



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Flavii Vopisci Syracvsii Satvrninvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

SATVRNINVS

Gallorum
ingenium.



Christiani.

SATVRNINVS oriundus fuit Gallis ex gente hominum inquietissima, & auida semper uel faciendi principis uel imperij. Huic inter ceteros duces, qui uere summus uideretur, Aurelianus limitis orientalis ducatus dedit, sapienter precipiens, ne unquam Aegyptum uideret. Cogitabat enim quantum uideretur, uir prudentissimus Gallorum naturam: & uerebatur, ne si perturbata ciuitate uideretur, quod eum natura ducebat, societate quoque hominum duceretur. Sunt enim Aegyptij, ut satis nosti, uiri uerosi, furibundi, iactantes, iniuriosi, atque adeo auidi nouarum rerum, liberi usque ad cantilenas publicas cupientes, uersificatores, epigrammatarij, mathematici, aruspices, medici. Nam & Christiani, Samaritae, & quibus praesentia semper tempora cum enormi libertate displiceant. Ac ne quis mihi Aegyptiorum irascatur, & meum esse credat, quod in literas retuli: Adriani epistolam Romam ex libris Phlegontis liberti eius proditam, ex qua penitus Aegyptiorum uita detegitur, indidi. Adrianus Augustus. Seruiano COS. S. Aegyptum, quam mihi laudabas Seruiane charissime, totam didici leuere, pedulam, & ad omnia famae momenta uolitantem. Illi qui Serapim colunt, Christiani sunt, & deuoti sunt Serapi, qui se CHRISTI episcopos dicunt. Nemo illic archisynagogus Iudaeorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter, non mathematicus, non aruspex, non aliptes. Ipse ille patriarcha cum Aegyptum uenerit, ab alijs Serapidem adorare, ab alijs cogit CHRISTVM, genus hominum seditiosissimum, uanissimum, iniuriosissimum, ciuitas opulenta, diues, fecunda, in qua nemo uiuat otiosus. Alij uitrum constant, ab alijs charta conficitur: omnes certe limphiones cuiuscumque artis & uidentur, & habent. Podagrosi quod agant, habent: caeci quod agant, habent: caeci quod faciant: ne chiragrici quidem apud eos otiosi uiuunt. Unus illis deus est: hunc Christiani, hunc Iudaei, hunc omnes uenerant & gentes: & utinam melius esset morata ciuitas digna profecto sui profunditate, quae pro sui magnitudine totius Aegypti teneat principatum. Huic ego cum cuncta concessi, uetera priuilegia reddidi, noua sic addidi, ut praesenti gratias agerent, denique ut primum inde discessi, & in filium meum Verum multa dixerunt, & de Antonino quae dixerunt, cooperisse te credo. nihil illis opto, nisi ut suis pullis alant: quos quemadmodum fecerunt, pudet dicere. Calices tibi albos, fortes, diuersi coloris transmisi: quos mihi sacerdos templi obtulit, tibi & sorori meae specialiter dedicatos, quos tu uelim festis diebus conuiujs adhibeas. Caueas tamen, ne his Africanus noster indulgeter utatur. Haec ergo cogitans de Aegyptijs Aurelianus iusserat, ne Saturninus Aegyptum uideret, & mente quidem diuina. Nam ut primum Aegyptij magna potestate ad se uenisse uiderunt, statim clamauerunt: Saturnine Augusti, dii te seruent: & ille quidem, quod negari non potest, uir sapiens, de Alexandrina ciuitate mox fugit, atque Palaestina redijt. Ibi tamen cum cogitare coepisset tutum sibi non esse, si priuatus uiueret: deposita purpura ex simulacro Veneris, cum chlamyde uxoria militibus circumstantibus amictus, & adornatus est.

tus est. Auū meū saepe dicēte audiui se interfuisse, cū ille adoraret. Flebat inqt, & dicebat: necessariū, si nō arrogāter dicā, resp. uirū perdidit. Ego certe instauraui Gallias. Ego à Mauris possessam Africā reddidi. Ego Hispanias pacauī. Sed qd̄ prodest: oīa hęc affectato semel honore perierūt. Et cū eū animaret, uel ad uitā, uel ad imperiū, q̄ induerūt purpurā, in hęc uerba differuit. Nescitis amici, qd̄ mali sit imperare. Gladij, & tela nostris ceruicib⁹ impēdet: iminēt hastæ undiq̄, undiq̄ spicula: ipsi custodes timent: ipsi comites formidant: nō cib⁹ p̄ uoluptate, nō iter p̄ autoritate, nō bella p̄ iudicio, nō arma p̄ studio. Adde q̄ oīs ætas in imperio reprehendit. Senex est quispiā, inhabilis uidet: sin̄ min⁹, inest furor. nā q̄ imperatorē me cupitis, in necessitatē mortis me trahitis. Sed habeo solatiū mortis, solus perire nō potero. M. Saluidien⁹ hanc ipsius orationē uere fuisse dicit, & fuit re uera nō parū literatus. Nā & in Africa rhetoricæ operā dederat, Romæ frequētauerat pergulas magistras. Et ne longius progrediar, dicendū est qd̄ p̄cipue ad hūc pertinet. Errare q̄sdā scio, & putare hūc esse Saturninū, q̄ Gallieni tēporib⁹ imperiū occupauit: cū is longe alius fuerit, etiā Probo penē nolēte sit occisus. Fert̄ autē Prob⁹ & demētes ad eū literas saepe misisse, & ueniā esse pollicitū: sed milites, qui cū eo fuerāt, nō credidisse. Obfessum deniq̄ in castro quodam ab ijs, quos Probus miserat, inuito Probo esse iugulatū. Longum est friuola quæq̄ connectere, & odiosum dicere, quali statura fuerit, quo corpore, quo decore, quid biberit, quid comederit: ab alijs ista dicantur. Quæ propē ad exemplum nihil profunt. Nos ad ea quæ sunt dicenda, redeamus.

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

PROCVLVVS



ROCVLO patria Albingauni fuere positi in alpib⁹ maritimis domi nobiles, sed maiorib⁹ latrocinantib⁹: atq̄ adeo pecore, ac seruis, & ijs reb⁹, quas adduxerat, satis diues. Fertur deniq̄ eo tēpore, q̄ sumpsit imperiū, duo millia seruorū suorū armasse: Huic uxor uirago, quæ illū in hanc præcipitauit demētiā, noīe Sampso, qd̄ ei postea inditū est. Nā antea Viturgia nomiata est. Fili⁹ Herēnian⁹, quē & ipsum quinquēniū si impleset (ita em̄ loquebat) dicasset imperio. Homo, qd̄ negari nō pōt, optim⁹, idēq̄ fortissim⁹: ipse quoq̄ latrocinans affuer⁹, qui tñ armatā semp̄ egerit uitā. Nā & multis legionib⁹ tribun⁹ præfuit, & fortia ædidit facta: & qm̄ minima quæq̄ iucūda sunt, atq̄ habēt aliquid gratiæ, cū legunt: tacendū nō est, qd̄ & ipse gloriat̄ in quadā sua epistola, quā ipsam meli⁹ est ponere, q̄ de ea plurimū dicere. Proculus Metiano affini s. D. Centū ex Sarmatia uirgines cepi. Ex his una nocte decē iniui: oēs tñ, qd̄ in me erat, mulieres intra dies xv. reddidi. Gloriat̄, ut uides, rem ineptā, & satis libidinofam: atq̄ inter fortes se haberi credit, si criminū densitate caleſcat. Hic tñ, cum etiā post honores militares se improbe, & libidinoſe, tñ fortiter ageret: hortantibus Lugdunēſib⁹, qui & ab Aureliano grauiter cōtusi uidebant̄, & Probū uehemētissime pertimeſcebāt, in imperiū uocitat⁹ est ludo penē, & ioco, ut Onesimus dicit: qd̄ quidē apud nullū aliū reperisse me scio. Nam cū in qdā cōuiuio

○ 3 ad latrunculos